



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

Primo Die.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

ANNVS

DIERV M MEMORABILIV M SOCIETATIS IESV. MENSIS IVLIV S.

PRIMO DIE.

P. IACOBVS ALVARVS.

1. Julij
Lusitanus,
obit 1. Iu-
lij 1596.
Soc. 41.



Lypponenses diser-
sertè affirmant, hunc
virum *perfectis virtu-
tibus celo fuisse ma-
turum*: famam esse,
ipsum non semel di-

uinà planè virtute ægrotis penè de-
ploratis ex insperato salutem attulif-
se, quos inter fuit adolescens è prima
nobilitate, cui Iacobus manum impo-
suerat, S. Ioannis Euangelio recitato:
quo etiam remedio conualuit alter,
cui ex carbunculo fauces intumue-
rant, medicis nil contra morbum ni-
ti potentibus aut scientibus, remit-
tente mox tumore ad crucem à Iaco-
bo parti affectæ impressam:

Oratio.

P. IOANNES HIERONYMVS.

Hispanus,
obit Hispa-
li 1. Julij
1605 ætat.
60. Soc. 43.

Tolerantiâ, & Ecclesiastæ mune-
re præstans inter primos Hispa-

niz, eoq̃ue celebratissimus habeba-
tur, post iuuentutem laudatè, inno-
centerq̃ue sine vlla grauiore noxâ ex-
ctam. Granatense Collegium regebat, *Casitas.*
cum à procacissima fæmina obscœni
flagitij est accusatus. Hispali Prouin-
cialis eam rem Patrum cuidam viro
prudenti, ac non incurioso vesperi in
cubiculo ad candelæ lumen clam ex-
posuit, vehementi dolore plenus. Is
verò qui hæc audiebat, posteaquàm
nihil veri mendacio illi tam enormi
subesse constanter dixisset, adiecit:
Ego, ô Pater, pietatem, castitatem-
q̃ue P. Ioannis ita perspectam habeo,
adeoq̃ue eum ab hoc flagitio immu-
nem scio, vt ad innocentiam viri te-
stificandam, atque ab omni suspicio-
ne vindicandam ausim nudam ma-
num ardenti foco inferere: interq̃ue
verba manum protinùs extendit, &
in mediam lychni ardentis flammam
ingessit, ac tam diu immotam sine vl-
lo doloris sensu eam Scæuola hic Chri-
stianus istic tenuit, donec omnia quæ
dicenda fuere narrasset, ac Prouincia-
lis rei nouitate attonitus, non sine ad-
miratione tam præclari experimenti

AA 2

ab